

## 1.

*Kaiser Otto I. stiftet das Bisthum Meissen, bestimmt die Grenzen des Sprengels desselben und überweist ihm den Zehnten innerhalb dieses Bezirks.* **Mainz, 948 Jan. 11.**

*Hdschr.: Fälschung Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 2.*

5 *Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,22. Stumpf 154.*

*Anm.: Vergl. Einleitung 188 Anm. 135 und Separatausgabe (S. A.) 348 Anm. 135, Otto Posse, Die Markgrafen von Meissen und das Haus Wettin bis zu Konrad dem Großen. Leipzig, Giesecke und Devrient 1881.*

(C.) : In nomine sanctae et individuae trinitatis. Otto divina favente clementia Romanorum imperator augustus: — — Ergo manifestare ac notificare omnibus in Christo  
 10 fidelibus tam futuris quam presentibus, quam maxime desideramus, qualiter nos pro remedio et perpetua omnium fidelium defunctorum animarum redemptione nec non pro nostra sempiterna salute ac dulcissime conlateralis nostrę carissimeque sobolis nostrę perenni felicitate aecclesiam quandam in Misina civitate collocari et construi precepimus<sup>a</sup>),  
 15 ubi etiam rogatu et consilio universorum principum nostrorum in honore sancti Johannis evangelistę sedem episcopalem fieri decrevimus, cui quendam nostrę dilectionis intimum nomine Burchardum<sup>b</sup>) electum et ad presulatus dignitatem in Christo consecratum a sanctę Moguntiensis aecclesię venerabili archiepiscopo nomine Hildiberto in laudem omnipotentis domini gloriose prefecimus<sup>a</sup>). Huic etiam episcopatui more antiquorum imperatorum et regum nostra imperiali potestate terminum posuimus, ubi oritur fluvius, qui dicitur  
 20 orientalis Milda, inde usque quo idem fluvius intrat in Albiam, et sic sursum et ultra provinciam Nizizi, ad eundem terminum sine dubio, nec non in altera parte Luzizi et Selpoli, illam videlicet infra eundem terminum, et inde in aquam, quę dicitur Odera, et sic Odera sursum usque ad caput ejus, indeque quasi recta via usque ad caput Albię, inde deorsum in occidentalem partem, ubi divisio et confinium est duarum regionum Be-  
 25 hem et Nisenen, ibidem ultra Albiam, et per silvam in occidentalem partem usque ad caput predicti<sup>a</sup>) fluminis orientalis Milde. Omnes vero, qui infra predictum<sup>a</sup>) terminum habitant, in omni fertilitate terrę, frugum et peccudum, in argento, vestimento nec non, quod Teutonici dicunt ouarcapunga et talunga familiarum, insuper tota utilitate et in omnibus  
 30 rebus, quibus mortales utuntur diversis modis, decimationes, quas deo cuncta gubernanti debent, ad Misinensem aecclesiam primo deo, deinde sancto Johanni evangelistę universa dubietate procul remota pleniter persolvant, referant et reddant. — —

1. a) Die Abbrev.  $\bar{p}$  ist mit  $\text{pre}$  aufgelöst. b) BVRCHARDV̄.